

## Band VIII., Nr. 3203, Seite 374\*-375\*

*Ritter Albert von Liebenau schenkt dem Kloster Weingarten das Patronatrecht der Kirchen und seine Besitzungen in Krumbach und Herrgottsweiler.*

Weingarten, 1283. Ohne Tagesangabe.

Experimento retro actorum scitur, quod res gesta in dubium relabitur, que nec scripto nec teste fulcitur. Ego igitur Albertus miles de Libenowe ad notitiam omnium duxi proferendum, quod cum consilio et permissione meorum filiorum<sup>1</sup> Hainrici canonici Augustensis et Campidonensis et Alberti militis de Wolkenberc mei fratris ius patronatus ecclesiarum in Crûnbach et in Hergerwiller et omnes possessiones, que ad presens mihi pertinent, cum omni familia servili meorum hominum, cuius sint sexus aut etatis, qui dicuntur hiebesceliute, omni iure commoditate et proprietate, quibus competebant mihi, . . . abbati et conventui monasterii de Wingarten et eorum successoribus directe libera donatione contuli possidenda, et precludendam future litis materiam cupiens ex hac hora et deinceps in corporalem possessionem eosdem misi, omnibus in genere et specie renuntians exceptionibus seu aliis machinationibus, quibus potest dicte donationi aliquid impedimentum generari. Ut autem dictis . . . abbati et conventui de plena provideam pace, advocatias in bonis eorum mihi competentes sub dicta concludens donatione absolutas remisi. Hic propriis exprimo vocabulis homines, qui a nobis possident primo domini de Rosenhartes, item dominus Helnhart, item dictus Mõselie, item dicti Riefen, item dictus de Swarzenze, item Ber. de Rorgiemos, item Ūl. et C. de Flockenbach, item dictus Bonus Vir, item Ita de Stainiebach, item dictus Ūl. de Thetenanch, item C. minister, item C. de Lapidea Domo<sup>2</sup>, item Ūl. cellerarius, item sutrix ex Augia, item Adelhaidis de Kerfelenmos, item C. de Æsse<sup>3</sup>, item dicti de Langense. Hii sunt homines subscripti, quos predictus dominus de Liebenowe tradidit nobis: primo villicus de Crumbach, Hainricus dictus Dens met tertius, Hainricus dictus Stopel et septem cum ipso, item C. dictus Claineman met quintus, item mater eiusdem et fratres sui Bertoldus et Albertus et soror eorundem dicta Luigart, item Hainricus dictus Rufus met tertius, item dicta Editua met secunda, item dictus Dens met tertius, item dicta Rõtin met secunda, item dicta Schõnin, item dicta

<sup>1</sup>Wenn der Text in Ordnung ist, hatte Albert zwei Söhne Heinrich, wie denn auch sein Bruder mit ihm den gleichen Namen führt.

<sup>2</sup>Unermittelt.

<sup>3</sup>Obereschach.

## II

Judenta de Crumbach, item dicta Crubelerin met tertia, item dictus Schöne met quartus, item dictus Mûschencelli met quartus, item Irmengardis met quarta, item C. faber met sextus, item dictus Efridus de Gailenhoven, item dictus Æbenær met quintus, item dictus Kalman de Willebolzwillar, item dictus Sporær et uxor et pueri sui, item dicta Stromaigerin met tertia, item H. dictus Knellinc, item dicta Pagana met tertia, item duo in Walse, item dominus Bartholomeus et fratres sui X et VIII, item dicta Havenærin met quarta, item dictus Sidelær met tertius. Item ego Albertus de Liebenowe profiteor pro me meisque heredibus et omnibus, ad quorum manus dicte ecclesie pervenerint, quod prenotatus dominus abbas vel alter eius successor sex modios speltarum et totidem modios avene de utraque videlicet Hergerswiler et Crûnbach tenetur recipere annuatim, quia idem ius ego et mei progenitores a CC annis hucusque libere tenuimus et quiete.<br> <br> Datum Wingarten anno domini MCCLXXXIII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Das Siegel fehlt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 515 U 599

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 259.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Weingarten

**Ortsindex:**

Augsburg, A<br> Bad Waldsee Wohnplatz (18837)<br> Bad Waldsee, RV<br> Flockenbach Wohnplatz (18312)<br> Flockenbach, Tetttnang, FN<br> Gornhofen Wohnplatz (20056)<br> Gornhofen, Ravensburg, RV<br> Hergensweiler, LI<br> Kempten (Allgäu), KE<br> Kerlenmoos Wohnplatz (19343)<br> Kerlenmoos, Bodnegg, RV<br> Krumbach Wohnplatz (18333)<br> Krumbach, Tetttnang, FN<br> Lapidea Domo<br> Liebenau Wohnplatz (18075)<br> Liebenau, Meckenbeuren, FN<br> Oberlangensee Wohnplatz (18131)<br> Oberlangensee, Neukirch, FN<br> Rolgenmoos Wohnplatz (20962)<br> Rolgenmoos, Horgenzell, RV<br> Rosenharz Wohnplatz (19366)<br> Rosenharz, Bodnegg, RV<br> Schwarzensee, Hergatz, LI<br> Steinenbach Wohnplatz (18367)<br> Steinenbach, Tetttnang, FN<br> Tetttnang Wohnplatz (18371)<br> Tetttnang, FN<br> Unterlangensee Wohnplatz (18138)<br> Unterlangensee, Neukirch, FN<br> Weingarten Wohnplatz (20565)<br> Weingarten, RV<br> Weißenau Wohnplatz (20163)<br> Weißenau, Ravensburg, RV<br> Wildpoltsweiler Wohnplatz (18142)<br> Wildpoltsweiler, Neukirch, FN<br> Wolkenberg, Wildpoldsried, OA